

Samuel Schelwig

Jussu Magnifici Atque Amplissimi Senatus Gedanensis, Solennem Introductionis Panegyri, In Qua Vir Clarissimus Dn. M. Christianus Sahmius, ... D. VI. Octobr. M D CC I. Constituetur, More Majorum Indicit, Ad Eamque Publicae Ac Literariae Rei Patronos, Fautores Ac Aestimarores, Quo Decet Cultu, Officio Atq[ue] Affectu Invitat ... Samuel Schelguigius, ...

Gedani: Stollius, [1701]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn817837566>

Druck Freier  Zugang



[Blank yellow label]

Hb
9¹⁻¹²

Hb - 9¹⁻¹²

GEBUNDEN BEI
W. SCHORNACK
ROSTOCK 1/M.
GRÜNER WEG 5.



QUÆ RES OPTIME VORTAT!

JUSSU

MAGNIFICI ATQVE AMPLISSIMI

SENATUS GEDANENSIS,
SOLENNEM INTRODUCTIONIS PANEGYRIN,

IN QUA

V I R

CLARISSIMUS

DN. M. CHRISTIANUS

SAHMIUS,

REGIOMONTE-BORSUSUS,

ANTEHAC IN ACADEMIA PATRIA

ALUMNORUM ET COMMUNIS CONVICTORII INSPECTOR,

POSTQUAM NUPER ADMODUM SCHOLÆ JOHANNITANÆ

APUD NOS RECTOR PRÆFECTUS FUIT,

NUNC PARITER

MATHEMATUM IN ATHENÆO PROFESSOR

PUBL. AC ORDINARIUS,

D. VI. OCTOBR. MDCCL.

CONSTITUETUR,

MORE MAJORUM

INDICIT,

AD EAMQUE

PUBLICÆ AC LITERARIÆ REI

PATRONOS, FAUTORES AC

ÆSTIMARORES,

QUO DECET

CULTU, OFFICIO ATQ; AFFECTU

INVITAT;

JUVENTUTEM VERO STUDIOSAM

PERAMANTER CONVOCAT

ATHENÆI RECTOR,

SAMUEL SCHELGUIGIUS,

S. THEOL. D. ET PROF. PUBL. ITEMQUE ECCLESIAE

AD S. S. TRINIT. PASTOR.

G E D A N I,

Excudit JOHANNES-ZACHARIAS STOLLIUS,

SENATUS ET ATHEN. TYPOGR.

Ὀὐδὲὶς ἀγεωμέτρης ἐσίτω: Nemo Geometriae ignarus ingrediatur. Inscriptionem hanc Plato Academiae suae ex ea potissimum causa praefigebat, quod Geometriam ingenium ad caetera tanto rectius capienda acui, & ad subtiliora ac

difficiliora praeparari cerneret. Quo etiam factum est, ut idem Philosophus Geometriam appellaret προπαιδείαν i.e. primam institutionem vel eruditionis elementa, itemque κατὰ παιδείαν ὁδὸν, viam ad doctrinam. Neque tamen Plato primus methodum istam in Scholas introduxit; cum eadem jam ante illum Pythagoras & Sectatores, Gellio teste, usi sint. Ex successoribus autem Platonis, Xenocrates, cum Geometriae ignarus ipsum audire vellet, dixisse fertur, eum lanae carminandae magis idoneum esse, quod ansis Philosophiae destitueretur. Sortem non multo absimilem Justinus Martyr experiebatur, a Pythagorico magni nominis, ob Geometriae ignorantiam reje-

L. 7. de Leg. itemq; L. 7. de Rep.

L. 1. Noct. Attic. c. 9.

Dialog. cum Tryphone. non multo post init. de Scientiis Mathemat. c. 12 n. 2.

L. 16. c. 18.

de Scient. Mathem. c. 4. n. 10. 11. 12.

L. 6.


de Utilit. Credend. c. 6. T. 6.

Cic. L. 1. de Nat. Deorum

ctus. At nec Aristoteli, quamvis in multis aliis a Praeceptore suo Platone, itemque Pythagorae discederet, in his alia mens fuit; quippe qui apud Vossium inquit: Singula rectius assequuntur, quos Geometria deletat. Caeterum quibus terminis Geometria, reliquis disciplinis praemittenda, circumscribatur, non una, ut opinor, Scriptorum sententia est. Ex recentioribus Vir Clarissimus Isaacus Barrow, Mathematices in Cantabrigiensi Academia Professor, sub hoc nomine totam Mathesin comprehendit. Sed & inter veteres nonnulli Geometriam latius extendebant, quam vox illa nunc communiter patet, utpote cui Gellius ex Varrone ὀπτικὴν ad oculos pertinentem, καυονικὴν, qua Musici ut fundamento artis suae nituntur, & μετρικὴν, per quam syllabarum, longarum aut brevium & medio-

crium, punctura & modus, aurium mensurae examinatur, subordinat; quas scientias hodie plerique ad Mathesin, ut vocant, concretam, aut practicum referre solent, atque pro Geometriae fructibus, quam pro partibus habere malunt. Ut igitur, quae nostra conjectura sit, detegamus, cum veteres Geometriam reliquis disciplinis Philosophicis, ipsique Philosophiae organo, Logicae, imò si Vossio fidem adhibemus, etiam Rhetoricae praemississe ac Grammaticae, sine temporis intervallo, conjunxisse leguntur, vox haec in sensu strictiori accipienda est, ut solam doctrinam, quae circa quantitatem continuam, seu magnitudinem, quatenus talis est, sine applicatione ad sensibile aliquod ob-

jectum occupatur, notet. Hanc a Cynicis contemptam esse, Laertio haud inviti credimus. Quid enim sui cum amaracino, aut canibus cum pu chella contemplatione? Nec miramur, quod in Augustino reperimus, Epicurum Geometriae Archimedis dicam scripsisse: cum scurra ille maledicum in omnes promiscue, ne praepceptore quidem Democrito excepto, se praebuisse feratur. Istud autem verisimile haudquaquam est, quod magnus etiam & sanctissimus Hipponensium Praesul, inter eos, qui Daemonum doctrinam sequuntur, Geometras retulerit; tamet-



tametsi Ludovico Vivi ita videatur. Cum enim ex prisca Ecclesiæ ^{Not. ad L.} ^{IV. de Civ.} ^{Dei, c. 9.} Scriptoribus plerique & quidem inter hos etiam Augustinus, in Philosophiâ Platonem secuti sint; qui potuissent de Geometriâ, quæ summo in pretio Platoni erat, abjectè adeò sentire. Absit proinde, ut quenquam ex iisdem Geometriæ infensum fuisse existimemus; ut potius quotquot illorum secularibus scientiis curam seriò impenderunt, ab eo quod Bessarion multò post verbis expressit, non abhoruisse aut memimus: *Sine Geometriæ cognitione nemo hominum doctus appellari potest.*

Hocce ipsum cum Magnus Amplissimusque Civitatis nostræ ^{In Calumni-} ^{atorem Pla-} ^{nis L. 1. c. 8.} Senatus secum expenderet, ut studiosa juvenus inter tyrocinia sua statim à Geometriâ adjuvaretur, atque hinc gravioribus doctrinis reliquas etiam Matheseos partes conjungeret, universam, quæ circa quantitatem abstractam & concretam, sive in terrenis, sive in cœlestibus, versatur, Mathesi, *Viro Clarissimo Dn. M. CHRISTIANO SAHMIO*, Regiomonte Boruffo, in Athenæo Gedanensi docendam, commisit. Noverant Patroni sapientissimi prudentissimique, *vanos esse*, ^{L. 3. de Vitâ} ^{Contemplat.} ^{c. 10.} ut Prosperi verbis utamur, *qui gestiunt docere, quæ nesciunt*: de quibus graviter Plinius scribit: *Ut salicis semen ante maturitatem abjectum, non solum ipsum nihil gignit, verum etiam fœminis sterilitatis est medicamentum, ne concipiant: Ita sermones istorum, qui prius docent quam verè sapiunt, non solum ipsos non reddunt meliores; verum etiam auditores suos inficiunt & reddunt indoctiores.* Idcirco Mathesi docendæ Eum præfecerunt, qui Mathesi discendæ prius ipsemet sese impendit, & quòd docere alios, quæ didicit, queat, ante experimentis plurimis, quàm ad nos accederet, confirmavit. Gratus ille, quòd Viro celeberrimo, Georgio Wofeginio, Phil. & Med. D. hujusdemque & Matheseos Prof. P. à cujus ore solers in Academiâ Patriâ pependit, eruditionem Mathematicam maximâ ex parte debeat, confitetur. Consuluit tamen alios insuper Mathematicos primæ cohortis, videlicet Kilonii Reyherum, itemque Wasmuthium, cujus hospitio, cum de opere suo Astrochronologico scholas privatas aperuisset, utebatur: Lipsiæ Pfauzium & qui tunc pariter ibidem commorabatur Kirchium: Jenæ, ubi Magistri laureâ redimitus est, Weigelium: Altorffii Sturmium: ut quibuscum Moguntiæ, Coloniae & in Belgio Lugduni, eruditionis Mathematicæ gratiâ conversatus est,

*quos aget pennâ metuente solvi
fama superstes,*

ficcò prætereamus pede. Si verò laudandum in Senecâ, quòd verè de semetipso scribere potuit: *Cupio omnia, quæ scio in alium transfundere*, ^{Epist. 27.} *aliquidque gaudeo discere, ut doceam: nec me ulla res delectabit, licet sit eximia & salutaris, quam mihi soli profuturam videro. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enuntiem, rejiciam. Nullius boni sine socio jucunda possessio est: prædicandum utique pariter in NOSTRO est desiderium, quæ ab aliis acceperat, aliis indefensâ diligentiâ*


gentiâ summâque fide communicandi; de quo præter Collegia, ut vo-
cant, in quibus Juventutem docuit, frequentia, luculento indicio sunt
eruditæ dissertationes, quas Regiomonti habuit, *gemina* nimirû *de Re-
gressu Solis, tempore Hiskia Regis Juda*: atq; aliæ tres *de Ecclipsium causis
& calculo: de Divisione Circuli: ac de Occultatione Stellarum fixarum per
Lunam* Cæteroqui tamen sic Mathesi suæ inserviebat, ut nec in reliquis
Philosophiæ partibus hospes esset. Hinc disputationes aliæ, quibus
in Academiâ Præses inclaruit, *de Theſibus quibusdam Philosophicis: de
Quæſtione, utrum ea, quæ sunt Juris Naturalis, mutationi obnoxia sint? de
Fine hominis: de Virtute morali: de Invito & Spontaneo: de Proaresi &
Voluntate: de Libero Arbitrio: de Fortitudine & Temperantiâ: de
Quæſt: Utrum Singularium detur Scientiâ? de Cathedris Apostolorum.*
Atat nec reticenda est Theologia, cujus Professoribus orthodoxis, ubi-
cunque locorum studiis excolendis operam dedit, sedulas præbuit
aures, adeò ut in almâ Salanâ publicè, magno cum applausu, sub um-
bone Theologi de universâ Ecclesiâ quondam meritissimi, D. Joh.
Gvilielmi Beieri, *de Connexione fidei & operum* disputaret. Ita quòd
fortes creentur fortibus & bonis,


post beatam ἀνάλυσιν Viri plurimùm Reverendi, M. Jac. Sabmii,
Ecclesiæ dum viveret Cathedralis apud Regiomontanos Pastoris, & in
Consistorio Sambienſi Aſſeſſoris, orthodoxiæ constanter addictissimi,
in hocce istius Filio feliciter eluxit. Causæ itaque haud leves Amplis-
simo Academiæ Senatui suppetebant, quando vacantibus in Patriâ
Professionibus, Huncce aliquoties Serenissimo Potentissimoque Nu-
tritio commendabant: Sed aliter Deo visum est, à quo nobis, quod
felix faustumque sit, exoptatè servabatur.

Consueto igitur solennique ritu, muneri quod legitimâ vo-
catione obtinuit, præficiendus erit die VI. Octobris, quo post-
quam Rector nonnulla *de Δογματική* fuerit præfatus, sequetur
novi Professoris Oratio: quòd *Mathesis homines quodammodò simi-
les Deo reddat.* In quo argumento, nisi fallor, doctissimus Candi-
datus per alias etiam Matheseos partes deducet, quod de Geo-
metriâ, cujus suprâ à nobis mentio facta est, Plato à Cœlio Rho-
digino statuisse perhibetur, *Deum maximè γεωμετρεῖν.* Benedicat
clementissimum Numen conatibus nostris: Adſit consiliis hono-
ratissimorum Civitatis Ordinum: Servet nobis Regem clementissi-
mum, ut sub ejus felicissimo imperio, Polonia & Lithuania, cum an-
nexis provinciis, cum primis Borussia, hujusdemque oculo Gedano,
perpetuâ pace fruantur. Nam, ut cum Herodoto loqui nobis & ſen-
tire liceat: *Nemo ita amens est, ut bellum quàm pacem peroptet; cum in
pace patres à filiis, in bello autem à patribus filii sepeliantur.* P. P. Dom.
XIX. p. Trinit. M DCCI.

L. 7. Lect.
Antiqv. c.
30.

L. 1.





[Aged paper label on the spine, containing illegible text]

stituerent, in quibus formaretur in provinciis iuventus,
 manisque institutis ac legibus imbueretur. Atque hinc Fl.
 spasianus Imp. luculenta primus Latinis Graecisque Rhetor-
 us constituit stipendia, quae post eum philosophis quoque
 Antoninus decrevit. (d) Constantius Chlorus Imp. Eu-
 nium Rhetorem ex aulae luce in scholae umbram lautissi-
 o stipendio misit, ut Maenianam scholam, Bagaudico tu-
 ultu vastatam restauraret. (e) Julianus Imp. apostatae no-
 ne notabilis, cum aegre vellet rei facere Christianae, Christia-
 rum occludebat scholas, scriptoresque profanos explicari pro-
 cebat, ne ex hisce superstitione pagana absurdae impietatis ar-
 eretur. (f) Neque vero eius rei causa fuit, quod provide-
 prudens Imperator gliscens iam iniquitatis mysterium, &
 tantum mali Ecclesiae atque reipublicae immineret ex ma-
 rorum disputationibus, quod peruerse tradit aliquis Oron-
 . (g) Justinianus Imp. cum magnos in templorum sub-
 uctiones sumptus conferret, eosque ut colligeret, stipendia
 rtium Magistris detraheret, factum est, ut scholae
 uerentur, & rusticitas dominaretur, quod Zo-
 didit Jo. Avrowsmith. (h) Sub idem tempus bar-
 , qualesdum Romanis erant, Germani omnes,
 omanorumque prouincias, Hispaniam, Galliam
 que, inuaserunt & occuparunt, scholasque oppres-
 gnauit hinc barbaries per longum seculorum de-
 n alibi, tum in Germania imprimis, donec Frid-
 V. potius aevo literae renascerentur, & passim con-
 ademiae, Graecique exules literas Graecas Italiae
 Lux literarum uti occasionem praebuit desideratae
 formationi, ita haec illarum auctus & ornamenta
 Lutherus enim nugae scholasticas non improba-
 eiecit; Sed Germaniae quoque in oppidis, qui fu-
 stratus, grauitate cohortatus, scholas ut erige-
 neque adeo uti de religione, sic de literis etiam me-
 eque enim dubium habet, quin maiori studio at-
 u literae ac disciplinae fuerint excultae in scholis at-
 uis, emendata ubi obtinuit religio, quam Romani
 ecretis ubi sunt addicti, Galliam si exceperis, quae
 ficis ceruicem penitus nunquam submisit, & vel
 e reformationum, quos diu ciues habuit, excitata fuit.
 haec Quedlensis ciuitas, cum reformationis vrge-
 duas scholas, alteram in veteri, alteram in noua urbe,
 prima femina emendatae religionis a Rectore, Leo-
 ne, sparsa sunt.

in V. Vespas. c. xliii. Casaubon. in h. l. p. 553. e) Panegy. Veter.
 e est Eumenii pro restaur. scholis p. 55. l. edit. Cellar.

r. Io. Petr. Ludwig Diss. de edito Iuliani contra philosophos Christia-
 al. 1702. nostra obi. in Miscell. Lips. To. IV. p. 195. g) Unpartheische
 ncken von der alten und neuen Gelehrsamkeit / p. 27. h) Tactic.
 p. 344. i) To. II. Altenb. p. 804. *) Hallbauer Diss. ecclesia Luth-
 olitoris literaturae patrona, Jen. 1717.

